

X.

Sicut à Chaldæis, Græcis & Latinis ad ipsos Christianos devenit Astrologia, ita à Gentilibus ad Religionem Christianam conversis sensim & quasi per manus ceteris primorum temporum Christianis doctrina de oraculis fuit tradita.

XI.

Judicibus ac Jureconsultis quàm maxime expedit famam habere de prodigiis, sagis & portentis doctrinam.

XII.

Sanioris Philosophiæ studium ad id plurimum facit.

XIII.

Ad Oratorum, Poëtarum, Historicorum scripta cautè legenda, sicut & ad Historiam conscribendam, solidioris Philosophiæ principiis animus debet esse imbutus.

XIV.

Sine hoc studio difficillimum foret, imo impossibile Theologo plurima Sacræ Scripturæ loca interpretari.



Nobi-

Astron 570, 26